

terræ. Quando præparâbat cœlos, áderam: quando certa lege, & gyro vallaba abyssos: quando æthera firmâbat sursùm, & librâbat fontes aquârum: quando circumdabat mari términum suum & legem ponêbat aquis, ne transirent fines suos: quando appendébat fundaménta terræ. Cum eo eram, cuncta compónens: & delectâbar persingulos dies, ludens coram eo omni tempore; ludens in orbe terrârum: & deliciæ meæ, esse cum filiis hóminum. Nunc ergo filii audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapiéntes, & nolite abjicere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidiè & obsérvat ad posites ostii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam,

& háuriat salûtem à Dômino.

XI. DECEMBRIS.

In festo sancti Dámasi Pæ & Conf. Epist. Fratres, Plures facti sunt sacerdótes, *de commun. Conf. Pontif.* pag. xiii.

XIII. DECEMBRIS.

In festo S. Lúciæ Vírginis & Martyr. Epist. Fratres, Qui gloriâtur, in Dómino gloriêtur, *de commun. Virgin.* pag. xix.

XVI. DECEMBRIS.

In festo S. Eusébii Episc. & Mart. Epist. Fratres, Benedictus Deus, ^{de} commun. unius. *Martyr. Pont.* pag. ii.

XX. DECEMBRIS.

In Vigilia sancti Thomæ, Epist. Benedictio Dómini, *de commun. Apos. tol.* pag. i.

XXI.

XXI. DECEMBRIS.

In festo sancti Thomæ Apostoli.

Léctio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Ephésios.

Eph. 2. d. **F**ratres, Jàm non estis hóspites, & ádvenæ: sed estis cives sanctôrum, & doméstici Dei: superaedificáti super fundaméntum Apostolôrum, & Prophe-tárum, ipso summo angu-lári lápide Christo Jesu: in quo omnis aëdificatio constrúcta crescit in tem-plum sanctum in Dómino, in quo & vos coædificámini in habitáculum Dei in Spíritu.

FESTA JANUARII.

DOMINICA II.

post Epiphaniam. In festo Sanctissimi Nominis Jesu.

Léctio Actuum Apos-tolôrum.

Act. 4. b. **I**n diébus illis: Petrus replétus Spíritu sanc-to, dixit: Príncipes populi, & seniores audíte: Si nos hódiè dijudicámur in benefacto hóminis infírmi, in quo iste salvus factus est, notum sit ómnibus vobis, & omni plebi Israël: quia in nómine Dómini nostri Jesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit à mórtuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est à vobis aëdificántibus, qui fac-tus est in caput ánguli: Et non est in álio aliquo

sa-

salus. Nec enim áliud nomen est sub cœlo datum homínibus, in quo opóretat nos salvos fieri.

XIV. JANUARII.
In festo S. Hilárii Epíscopi, & Confes. Epistola: Charíssime, Testíficor coram Deo, de communi Doctor. pag. xv.

XV. JANUARII.
In festo S. Pauli primi Eremitæ, Epistola: Fratres, Quæ mihi fuérunt lucra, de commun. Confes. non Pontif. pag. xvii.

XVI. JANUARII.
In festo S. Marcélli Papæ & Martyr. Epistola: Fratres, Benedictus Deus, de communi unius Mártyris Pontificis, pag. ii.

XVII. JANUARII.
In festo S. Antónii Abbatis, Epistola: Diléctus

Deo & homínibus, de communi Abbátum, pag. xviii.

XVIII. JANUARII.
In festo Cáthedræ S. Petri, qua Romæ pri-
mùm sedit.

Léctio Epistolæ Beati Petri Apóstoli.

Petrus Apóstolus Jesu Christi, elec-
tis advenis dis-
persiōnis Ponti, Galatiæ,
Cappadociæ, Asiæ, & Bi-
thyniæ secundūm præ-
sciéntiam Dei Patris, in
sanctificatiōnem Spíritus,
in obediētiā, & as-
persiōnem sanguinis Jesu
Christi: Grátia vobis, &
pax multiplicetur. Bene-
dictus Deus & Pater Dó-
mini nostri Jesu Christi,
qui secundūm misericór-
diam suam magnam re-
generāvit nos in spem vi-
vam, per resurrectiōnem

Je-

Jesu Christi ex mórtuis, in hæreditâtem incorrup-
tibilem, & incontaminâ-
tam, & immarcescibilem,
conservâtam in cœlis in
vobis, qui in virtute Dei
custodímini per fidem in
salûtem, parâtam revelá-
ri in tempore novíssimo.
In quo exultábitis, módi-
cum nunc si opóretet con-
tristári in váriis tentatiō-
nibus: ut probatio vestræ
fidei multò pretiósior au-
ro (quod per ignem pro-
batur) inveniâtur in lau-
dem, & glóriam, & honô-
rem in revelatione Jesu
Christi Dómini nostri.

XIX. JANUARII.
In festo SS. Mártyrum, Márii, Marthæ, Audifâ-
cis, & Abachum, Epist. Fratres, Rememorámini
pristinos dies, de com-
muni plurimorum Már-
tyrum, pag. ix.

XIX. JANUARII.
In festo S. Canúti Regis & Mártyris Epist. Jus-
tum dedúxit Dóminus, de comm. unius Mart. pag. iii.

XX. JANUARII.
In festo SS. Mártyrum Fabiáni & Sebastiáni, Epistola: Fratres, Sancti per fidem vicérunt regna, ut in commun. pluri-
m. Martyr, pag. xi.

XXI. JANUARII.
In festo S. Agnétis Virg. & Mart. Epist. Confitê-
bor tibi Dómine Rex, de communi Vírginum & Mártyrum, pag. xviii.

XXII. JANUARII.
In festo SS. Mártyrum Vincéntii & Anastásii, Epistola: Justorum áni-
mæ in manu Dei sunt, ut in communi plurimorum Mártyrum, pag. viii.

Y

XXIII.

XXIII. JANUARII.
In festo S. Raymundi de
Peñafort Conf. Epistola:
Beatus vir, qui inventus
est, de communi Confessoris
non Pontificis.
pag. xvi.

XXIV. JANUARII.
In festo sancti Timóthei
Episcopi & Martyris.

Léctio Epistolæ Beati
Pauli Apóstoli ad
Timótheum.

1.
Tim.
6. c
Charissime, Sectare justitiam, piétatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fideli, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & conféssus bonam confessiōnem coram multis testimibus. Præcipio tibi coram Deo qui vivificat ómnia, & in Christo Jesu, qui testimónium redi-

dit sub Póntio Piláto, bonam confessiōnem: ut serves mandátum sine mácula, irreprehensibile, usque in advéntum Dómini nostri Jesu Christi: quem suis tempóribus osténdet beatus & solus potens, Rex regum, & Dóminus dominántium: qui solus habet immortalitatem, & lucem in habitat inaccessibilem: quem nullus hóminum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & impérium sempitérnum. Amen.

XXV. JANUARII.
In Conversiōne sancti
Pauli Apóstoli.

Léctio Actuum Apostolorum.

Act.
9.
In diébus illis: Sa-
lus adhuc spirans
minárum, & cædis
in discípulos Dómini, ac-
céssit ad principem sa-

cer-

cerdótum, & pétuit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas: ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerúsalem. Et cùm iter fáceret, contigit, ut appropinquaret Dámasco: & súbito circumfúlsit eum lux de cœlo. Et cadens in terram, audívit vocem dicéntem sibi: Saule, Saule, quid me perséqueris? Qui dixit: Quis es Dómine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu perséqueris. Durum est tibi contra stímulum calcitrare. Et tremens ac stu-
pens, dixit: Dómine, quid me vis facere? Et Dóminus ad eum: Surge, & ingrédere civitatem, & ibi dicétur tibi quid te opóretat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audiéntes quidem vocem, néminem autem vidén-
tes. Surréxit autem Sau-
lus de terra, apertisque
óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum tra-
héntes, introduxérunt
Damáscum. Et erat ibi
tribus diébus non vides,
& non manducávit, neque
bibit. Erat autem qui-
dam discípulus Dámasci
nomine Ananías: & dixit
ad illum in visu Dóminus:
Ananía. At ille ait: Ec-
ce ego, Dómine. Et Dó-
minus ad eum: Surge, &
vade in vicum qui vocá-
tur Rectus: & quære in
domo Judæ Saulum nō-
mine Tarsensem: ecce
enim orat. (Et vedit vi-
rum Ananiam nōmine,
introéuntem, & imponéntem sibi manum ut
visum recipiat.) Respón-
dit autem Ananías: Dó-
mine, audívi à multis de
viro hoc, quanta mala fé-
cerit sanctis tuis in Jerú-
salem: & hic habet po-

Y 2

tes-

testâtem à princípibus sacerdôtum alligândi omnes, qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus: Vade, quóniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram Géntibus, & régibus, & filiis Israël. Ego enim osténdam illi, quanta opórteat eum pro nómine meo pati. Et ábijt Ananías, & introívit in domum: & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dóminus misit me Jesus, qui appáruit tibi in via qua veniébas, ut vídeas, & impleáris Spíritu sancto. Et conféstim cecidérunt ab óculis ejus tamquam squamæ, & visum recépit: & surgens baptizátus est. Et cùm accepíset cibum, confortátus est. Fuit autem cum discípulis qui erant Damásci, per dies aliquot. Et contínuò in

synagógis prædicábatur Je-sum, quóniam hic est Fílius Dei. Stupébant autem omnes qui audiébant & dicébant: Nonne hic est, qui expugnâbat in Je-rúsalem eos, qui invocábant nomen istud: & huc ad hoc venit, ut vincetos illos dúceret ad príncipes Sacerdôtum? Saulus autem multò magis convalescēbat, & confundébat Judæos, qui habitábant Damásci, affírmans quóniam hic est Christus.

XXVI. JANUARII. In festo S. Polycárpi Epíscopi & Mártiris.

Léctio Epístolæ Beáti Joánnis Apóstoli.

Charíssimi, Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non díligit fratrem suum: quóniam hæc est annuntiatio, quam au-

dís-

dítis ab initio, ut diligá-tis altérutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occídit fratrem suum. Et propter quid occídit eum? Quóniam ópera ejus maligna erant, fratris autem ejus, justa. Nolite mirári, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quóniam translati sumus de morte ad vi-tam, quóniam diligimus fratres. Qui non díligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quóniam omnis homicida non habet vitam æté-ram in semetipso ma-néntem. In hoc cognóvi-mus charitatem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit; & nos debémus pro fratribus áimas pónere.

XXVII. JANUARII. In festo S. Joánnis Chry-

sóstomi, Episc. & Confes. Epist. Charíssime, Testí-ficor coram Deo, de com-mún. Doctor. pag. xv.

XXVIII. JANUARII. In festo S. Agnétis secún-dò. Epistola: Fratres, Qui gloriátrur, de comm. Virg. pag. xix.

XXIX. JANUARII. In festo S. Francíisci Salé-sii Epíscop. & Confes. Epistola: Ecce sacérdos magnus, de communi Confessôr. Pontific. pag. xii.

XXX. JANUARII. In festo S. Martínæ Vir-gin. & Mart. Epistola: Confitébor tibi Dómine, de comm. Virg. & Mart. pag. xviii.

XXXI. JANUARII. In festo S. Petri Nolásci Conf. Epistola: Fratres,

Spec-